

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**M. VAL. MARTIALIS**

**Martialis, Marcus Valerius**

**AMSTELODAMI, 1628**

Liber III.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-711](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-711)

*Ad Regulum. 93.*

rimus ubi est, inquis, cum sit liber iste secundus?  
Quid faciam, si plus ille pudoris habet?  
u tamen hunc fieri si mavis, Regule, primum;  
Vnum de titulo tollere iota potes.

M. V A L.

# M A R T I A L I S

## Epigrammatum

LIBER III.

*Ad lectorem. 1.*

**H**oc tibi, quidquid id est, longinquis mittit ab  
oris  
Gallia Romanæ nomine dicta togæ.  
Iunc legis, & laudas librum fortasse priorem.  
Illa, vel hæc mea sunt. quæ meliora putas?  
Plus sanè placeat, domina qui natus in urbe est:  
Debet enim Gallum vincere verna liber.

*Mittit librum Faustino. 2.*

Cujus vis fieri, libelle, munus?  
Festina tibi vindicem parare,  
Ne nigram cito raptus in culinam  
Cordyllas madida regas papyro,  
Vel thuris, piperisque sis cucullus.  
Faustini fugis in finuim? sapisti.  
Cedro nunc licet aynbules perunctus,  
Et frontis gemino decens honore  
Pictis luxurieris umbilicis:  
Et te purpura delicata velet,  
Et coco rubeat superbus index.  
Illo viudice nec Probum timeto.

*Ad librum suum. 3.*

Romam vade liber, si, veneris unde, requirest:  
Æmiliae dices de regione viæ.  
Si, quibus in terris, qua sumus in urbe, rogabit:  
Corneli referas me, licet, esse foro.

Cus

64 M. VAL. MARTIALIS  
Cur absim, quæret: breviter tu multa fateres  
Non poterat vanæ tædia ferre togæ.  
Si, quando veniet? dicit: responde, Poëta  
Exierat, veniet cum citharoedus erit.

*Ad eundem, ut Iulium adeat.* 4.  
Vis commendari fine me cursurus in Vrbem,  
Parve liber, multis? an satis unus erit?  
Vnus erit (mihi crede) satis, cui non eris hospes,  
Iulius assiduum nomen in ore meo:  
Protinus hunc primi quæres in limine testi,  
Quos tenuit Daphnis, nunc tenet ille, Lares,  
Est illi conjux, quæ te manibusque, sinuque,  
Excipier, vel si pulverulentus eas,  
Hos tu seu pariter, five hanc, illumve priorem  
Videris; hoc dices: Marcus avere jubet.  
Hoc satis est. alios commendet epistolas, peccat,  
Qui commendandum se putat esse suis.

*In mulierem defirmem.* 5.  
Formosam faciem nigro velamine celas:  
Sed non formoso corpore laedis aquas.  
Ipsum crede deam verbis tibi dicere nostris:  
Aut aperi faciem, vel tunicata lava.

*Ad Marcellinum.* 6.  
Lux tibi post Idus numeratur tertia Majas,  
Marcelline, tuis bis celebranda sacris.  
Imputat ætherios ortus hæc prima parenti;  
Libat florentes hæc tibi prima genas.  
Magna licet dederit jucundæ munera vitæ,  
Plus numquam patri præstítit illa dies.

*De sportula.* 7.

Centum miselli jam valete quadrantes,  
Anteambulonis congiarium lassi,  
Quos dividebat balneator elixus.  
Quid cogitatis, & fames amicorum?  
Regis superbi sportulæ recefferunt.  
Nihil stropharum est: jam salarium dandum est.

*In Quintum.* 8.  
Thaida Quintus amat. quā Thaida? Thaida lucta.  
Vtum oculum Thaïs non habet, ille duos.

*In Cinnam. 9.*

Vericulos in me narratur scribere Cinna :  
Non scribit, cuius carmina nemo legit.

*In Philomusum. 10.*

Constituit, Philomuse, pater tibi millia bina.  
Menstrua, perque omnes præstit illa dies,  
Luxuriam premeret cum crastina semper egestas.  
Et vitiis essent danda diurna tuis.  
Idem te moriens heredem ex affe reliquit :  
Exheredavit te, Philomuse, pater.

*Ad Quintum. 11.*

Si tua nec Thebais, nec lusca est, Quinte, puella ;  
Cur in te factum distichon esse putas ?  
Sed simile est aliquid, pro Laide Thaida dixi.  
Dic mihi, quid simile est Thais & Hermione ?  
Tu tamen es Quintus : mutemus nomen amatis ;  
Si non vult Quintus Thaida, Sextus amet.

*In Fabullum. 12.*

Vnguentum (fateor) bonum dedisti  
Convivis here, sed nihil scidisti.  
Res falsa est bene olere, & esurire.  
Qui non cenat & ungitur, Fabulle,  
Hic vere mihi mortuus videtur.

*In Næviam. 13.*

Dum non vis pisces, dum non vis carpere pullos,  
Et plus quam patri, Nævia, parcis apro :  
Accusas, rumpisque coquū, tanquam omnia cruda.  
Attulerit, nunquam sic ego crudus ero.

*In Tuccium, de sportula. 14.*

Romam perebat esuritor Tuccius,  
Profectus ex Hispania.  
Occurrit illi sportularum fabula :  
A ponte rediit Mulvio.

*De Codro. 15.*

Plus credit nemo quam tota Codrus in urbe  
Quis sit tam pauper, quomodo ? cæcus amat.

*In cerdonem munerarium.* 16.

Das gladiatores, futorum regule, cerdo,  
 Quodque tibi tribuit subula, sica rapit.  
 Ebrius es : nec enim faceres id sobrios umquam,  
 Ut velles corio ludere, cerdo, tuo :  
 Lufiti. satis est : sed te, mihi crede, memento  
 Nunc in pellicula, cerdo, tenere tua.

*In Sabidium.* 17.

Circumlata dia mensis scriblita secundis,  
 Vrebbat nimio saeva calore manus :  
 Sed magis ardebat Sabidi gula : protinus ergo  
 Sufflavit buccis terque quaterque suis.  
 Illa quidem repuit, digitosque admittere visa est ;  
 Sed nemo potuit tangere : inerda fuit.

*Ad Maximum.* 18.

Perfixisse tuas questa est praefatio fauces.  
 Cum te excularis, Maxime ; quid recitas ?

*De viphera in ore ursa abeneæ.* 19.

Proxima centenis, ostenditur ursa columnis,  
 Exornant fictæ qua platanona feræ :  
 Hujus dum patulos alludens tentat hiatus  
 Pulcher Hylas, teneram mersit in ora manum.  
 Vipera sed cæco scelerata latebat in ære,  
 Vivebatque anima deteriore fera.  
 Non sensit puer esse dolos, nisi dente recepto  
 Dum perit. ô facinus falsa quod ursa fuit !

*De Canio Rufe.* 20.

Dic, Musa, quid agat Canius meus Rufus ?  
 Vtrumne chartis tradit ille victuris  
 Legenda temporum acta Claudioianorum ?  
 An quæ Neroni falsus adstruit scriptor ?  
 An æmulatur improbi jocos Phædri ?  
 Lascivus elegis, an severus herois ?  
 An in cothurnis horridus Sophocleis ?  
 An otiosus in schola poetarum  
 Lepore tintos Attico sales narrat ?  
 Hinc si recessit, porticum terit templi,  
 An spatia carpit latus Argonautarum ?  
 An delicate solæ rursus Europæ

nter tepeñes post meridiem buxos  
16 sedet, ambulatve liber acribus curis ?  
cerno, fitine thermis, an lavatur Agrippæ,  
ica rapit. An impudici balneo Tigillini ?  
brius um An rure Tulli fruitur, atque Lucani ?  
tuo : An Pollionis dulce currit ad Quartum ?  
ede, mem An æstuanteis jam profectus ad Bajas,  
te tua. Piger Lucrino nauclatur in stagno ?  
Vis scire quid agat Canius tuus ? rider.

*In crudelem dominum, à fideli famulo servatum.* 21.

Proscriptum famulus servavit fronte notatus,  
Non fuit hæc domini vita, sed invidia .

*Ad Apicium.* 22.

Dederas, Apici, bis trecenties ventri,  
Et adhuc supererat centies tibi laxum.  
Hoc tu gravaus, ut famem & fitim ferre,  
Summa venenum potionē perduxisti.  
Nihil est, Apici, te gulosis factum.

*In quendam invitatorem.* 23.

Omnia cum retro pueris obsonia tradas,  
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus ?

*De haruspice hernioso,* 24.

Vite nocens ros à stabat moriturus ad aras  
Hircus, Bacche, tuis victima grata sacris.  
Quem Tuscus maestare deo cùm vellet haruspex,  
Dixerat agresti forte rudique viro ;  
Vt cito testiculos, sed acuta falce fecaret ;  
Teter ut immundæ carnis abiret odor.  
Ipse super virides aras luctantia proutis  
Dum resecat cultro colla, premitque manu :  
Ingens iratis apparuit hernia sacris :  
Occupat hanc ferro rusticus, atque secat.  
Hoc ratus antiquos sacrorum poscere ritus,  
Talibus & fibris numina prisca coli.  
Sic modo qui Tuscus fueras, nunc Gallus ha-  
ruspex,  
Dum jugulas hircum, factus es ipse caper.

*Ad Faustinum, de Sabinej orhe-  
tore. 25.*

Si temperari balneum cupis fervens,  
Faustine, quod vix Italianus intraret;  
Roga, lavetur, Rhetorem Sabinejum:  
Neronianas hic refrigeret thermas.

*In Candidum. 26.*

Prædia solus habes, & solus, Candide, nummos:  
Aurea solus habes, myrrhina solus habes:  
Massica solus habes, & Opimi Cæcuba solus:  
Et cor solus habes, solus & ingenium:  
Omnia solus habes: nec me puto velle negare:  
Vxorem sed habes, Candide, cum populo.

*In Gallum. 27.*

Nunquam me revocas, venias cum saepe vocatus;  
Ignosco; nullum si modo, Galle, vocas.  
Invitas alios; vitium est utriusque quod? inquis;  
Et mihi cor non est, nec tibi, Galle, pudor.

*In Nestorem. 28.*

Auriculam Mario graviter miraris olere!  
Tu facis hoc: garris, Nestor, in auriculam.

*In Zoilum. 29.*

Has cum gemina compede dedicat catenas,  
Saturne, tibi Zoilus, annulos priores.

*Ad Gargilianum. 30.*

Sportula nulla datur; gratis conviva recumbis;  
Dic mihi, quid Röme, Gargiliane, facis?  
Vnde tibi togula est, & fuscae pensio cellæ?  
Vnde datur quadrans? unde vir es Chiones?  
Cum ratione licet dicas te vivere summa:  
Quod vivis, nulla cum ratione facis.

*Ad Rufinum. 31.*

Sunt tibi (confiteor) diffusi jugera campi,  
Vrbanique tenent prædia multa Lares;  
Et servit dominæ numerosus debitor arcæ,  
Sustentatque tuas auxæa ingosa dapes.

Rufinum

ALI

EPIGRAMM. LIB. III. 69

Fastidire tamen noli, Rufine, miuores :  
Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet.

In Matriniam. 32.

Num possim vetulam, quæris Matrinia : possum  
Et vetulam : sed tu mortua, non vetula es.  
Possum Hecubam, possum Niobem, Matrinia : sed si  
Nondum erit illa canis, nondum erit illa lapis.

Qualem puellam velit poe-

ta. 33

Ingenuam malo : sed si tamen illa negetur,  
Libertina mihi proxima conditio est ;  
Extremo est ancilla loco : sed vincet utramque,  
Si facie nobis hæc erit ingenua.

In Chionem. 34.

Digna tuo cur sis, indignaque nomine, dicam :  
Frigida es, & nigra es : non es, & es Chione.

De piscibus sculptis. 35.

Artis Phidiacæ toreuma clarum,  
Pisces adspicis ! adde aquam, natabunt.

Ad Fabianum 36.

Quod novus & nuper factus tibi præstat amicus ;  
Hoc præstare jubes me, Fabiane, tibi.  
Horridus ut primo semper te mane salutem ;  
Per mediumque trahat me tua sella lutum :  
Lassus ut in thermas decima, vel serius, hora  
Te sequar Agrippæ, cum laver ipse Titi.  
Hoc per triginta merui Fabiane, Decembres,  
Ut sim tiro tuæ semper amicitiae ?  
Hoc merui, Fabiane, toga tritaque meaque,  
Ut nondum credas me meruisse rudeum ?

In divites irascenes. 37.

Irasci tantum felices nostis amici.  
Non belle facitis : sed juvat hoc facere.

Ad Sextum. 38.

Quæ te caussa trahit, vel quæ fiducia Romam,  
Sexte ? quid aut speras, aut petis inde ? refer.

M. VALI MARTIALIS  
70  
Caussas, inquis, agam. Cicerone disertius ipso,  
Atque erit in triplici par mihi nemo foro,  
Egit Atestinus caussas, & Cajus, utrumque  
Noras : sed neutri pensio tota fuit.  
Si nihil hinc veniet, pangentur carmina nobis;  
Audieris, dices esse Maronis opus.  
Insanis : omnes gelidis quicunque lacernis.  
Sunt ibi ; Nasones, Virgilius que vides.  
Atria magna colam. vix tres, aut quattuor ista  
Res aluit ; pallet cætera turba fame.  
Quid faciam ? suade: nā certum est vivere Romæ,  
Si bonus es, casu vivere, Sexte, potes.

De Lycori ad Faustum. 39.  
Iliaco similem puerum, Faustine, ministro  
Lusca Lycoris amat. quam bene lusca videt!

In Thelesinum. 40.  
Mutua quod nobis ter quinquagena dedisti  
Ex opibus tantis, quas gravis arca premit:  
Esse tibi magnus, Thelesine, videris amicus.  
Tu magnus, quod das? immo ego, quod recipis,

De lacerta calata. 41.  
Inserta phialæ Mentoris manu ducta  
Lacerta vivit, & timetur argentum.

In Pollam. 42.  
Lomento rugas uteri quod condere tentas,  
Polla ; tibi ventrem, non mihi labra linis,  
Simpliciter pateat vitium fortasse pusillum :  
Quod tegitur, majus creditur esse malum.

In Lentinum. 43.  
Mentiris juvenem tintatis, Lentine, capillis ;  
Tam subito corvus, qui modo cycnus eras.  
Non omneis falles, scit te Proserpina canuu :  
Personam capitи detrahet illa tuo.

In Ligurinum nimis poem. 44.  
Occurrit tibi nemo quod libenter,  
Quod quacunque venis, fuga est, & ingens  
Circa te, Ligurine, solitudo :  
Quid sit, scire cupis ? nimis poeta es.

rtius ipsi  
emo for  
rumque  
it.  
nina nob  
s.  
acernis  
vides.  
atruor  
me.  
vivere  
potes.  
30.  
inistro  
lusca vi  
dedisti  
ta premi  
amicus,  
quod rec  
f.  
entas,  
bra limiti,  
fillum:  
e malum,  
apillis;  
nus era,  
canum:  
006-  
ngens

Hoc valde virium periculosum est.  
Non tigris catulis citata raptis,  
Non dipsas medio perusta sole,  
Nec sic scorpius improbus timetur.  
Nam tantos, rogo, quis ferat labores?  
Et stanti legis, & legis sedenti:  
Currenti legis, & legis cacanti.  
In thermas fugio, sonas ad aurem;  
Piscinam peto, non licet natare;  
Ad coenam propero, tenes euntem;  
Ad coenam venio, fugas sedentem;  
Lassus dormio, suscitas jacentem;  
Vis, quantum facias mali, videre?  
Vir justus, probus, innocens timeris.

## In eundem, 45.

Fugerit an mensas Phœbus, cenanque Thyestæ,  
Ignoro; fugimus nos, Ligurine, tuam.  
Illa quidem lauta est, dapibusq; instructa superbis;  
Sed nihil omnino, te recitante, placet.  
Nolo mihi ponas rhombos, nullumve bilibrem;  
Nec volo boletos, ostrea nolo: tace.

## Ad Candidum. 46.

Exigis à nobis operam fine fine togatam.  
Non eo; libertum sed tibi mirto meum.  
Non est, inquis, idem: multo plus esse probabo.  
Vix ego lecticam subsequar, ille ferer.  
In turbam incideris, cunctos umbone repellat:  
Invalidum est nobis ingenuumque latus.  
Quidlibet in caussâ narraveris; ipse tacebo:  
At tibi tergeminum mugiet ille sophos.  
Lis erit; ingenti faciet convicia vœ:  
Esse pudor vetuit fortia verba mihi.  
Ergo nihil nobis, inquis, præstabit amicus?  
Quidquid libertus, Candide, non poterit.

## De Basso, ad Faustinum. 47.

Capena grandi porta qua pluit gutta,  
Phrygiumque matris Almo qua lavat ferrum;  
Horatiorum qua viret sacer campus,  
Et qua pusilli fervet Herculis fanum.  
Faustine, plena Bassus ibat in rheda,  
Qmnes beati copias trahens ruris.

72 M. VAL. MARTIALIS  
Illic videres fratice nobili caules,  
Et utrumque porrum, sessilesque lactucas,  
Pigroque ventri non inutiles betas :  
Illic coronam pinguibus gravem turdis,  
Leporemque læsum Gallici canis deute,  
Nondumque victa lacteum faba porcum.  
Nec feriatus ibat ante carrucam  
Sed tuta feno cursor ova portabat.  
Vrbem petebat Bassus ? immo rus ibat.

*In Ollum. 48.*

Pauperis extruxit cellam, sed vendidit Ollus  
Prædia : nunc cellam pauperis Ollus habet.

*In quendam. 49.*

Vejentana mihi misces, tibi Massica ponis,  
Olfacere hæc malo pocula, quam bibere.

*Ad Ligurinum, ( de quo Epig. 44.  
& 45.) 50.*

Hæc tibi, non alia, est ad coenam caussa vocandi,  
Versiculos recites ut, Ligurine, tuos.  
Deposui soleas, affertur protinus ingens  
Inter lactucas oxygarumque liber.  
Alter porrigitur, dum fercula prima morantur,  
Tertius est, nec adhuc mensa secunda venit,  
Et quartum recitas, & quintum denique librum.  
Putidus est, toties si mihi ponis aprum.  
Quod si non scombris scelerata poemata donas :  
Cœnabis solus iam, Ligurine, domi.

*Ad Gallam, 51.*

Cum faciem laudo, cum in iror crura, manusque :  
Dicere, Galla, soles : nuda placebo magis.  
Et semper vitas communia balæa nobis.  
Numquid, Galla, times, ne tibi non placeam?

*In Tongilianum, 52.*

Emta domus fuerat tibi, Tongiliane, ducenis :  
Abstulit hanc nimium casus in urbe frequens.  
Collatum est decies : rogo, non potes ipse videri  
Incendiisse tuam, Tongiliane, domum ?

*Ad Chloen.* 53.

Et vultu poteram tuo carere,  
Et collo, manibusque, cruribusque;  
Et intaminis, natibusque, clunibusque:  
Et, ne singula persequi laborem,  
Tota te poteram, Chloe, carere.

*Ad Gallam.* 54.

Cum dare non possim, quod poscis, Galla, rogantes.  
Multo simplicius, Galla, negare potes.

*In Gelliam.* 55.

Quod quacunq; venis, Cosimum migrare putamus;  
Et fluere excusso cinnama fusa vitro:  
Nolo peregrinis placeas tibi, Gellia, nugis.  
Scis, puto, posse meum sic bene olere canem.

*De aquæ bonæ inopia, & vino Ra-  
vennate.* 56.

Sit cisterna mihi, quam vinea, malo Ravennæ:  
Cum possim multo vendere pluris aquam.  
Callidus imposuit nuper mihi caupo Ravennæ:  
Cum peterem mixtum, vendidit ille merum.

*Ad Bassum, de villa Faustini.* 58.

Bajana nostri villa, Basse, Faustini  
Non otiosis ordinata myrtetis,  
Viduae platano, tonsilique buxeto  
Ingrata lati spatha detinet campi,  
Sed rure vero, barbaroque latatur.  
Hic farra premitur angulo Ceres omni,  
Et multa fragrat testa senibus autuninis.  
Hic post Novembres, imminentे jani Bruma,  
Seras putator horridus refert uvas.  
Truces in alta valle mugunt tauri,  
Vitulusque inermi fronte prurit in pugnam.  
Vagatur omnis turba sordidae cortis,  
Argutus anser, getameique pavones,  
Nomenque debet quæ rubentibus pennis;  
Et picta perdix, Numidicæque guttatæ,  
Et impiorum Phasiana Colchorum;

## 74 M. V A L. M A R T I A L I S.

Rhodias superbi feminas premunt galli ;  
 Sonantque turres plausibus columbarum ;  
 Gemit hinc palumbus, inde cereus turtur.  
 Avidi sequuntur villicæ finum porci,  
 Matremque plenam mollis agaus exspectat.  
 Cingunt serenum lactei focum vernaæ,  
 Et larga festos lucet ad Lares silva.  
 Non segnis albo paltet otio caupo,  
 Nec perdit oleum lubricus palæstrita ;  
 Sed tendit avidis rete subdolum tundis.  
 Tremulave captum linea trahit piscem,  
 Aut impeditam cassibus refert damam.  
 Exercet hilares facilis hortus urbanos,  
 Et paedagogo non jubente lascivi  
 Parere gaudent villico capillati :  
 Fr deliciatus opere fruitur eunuchus.  
 Nec venit inanis rusticus salutator,  
 Fert ille ceris cana cum suis mella,  
 Metamque lactis Sappitate de silva.  
 Somniculosos ille porrigit glires ;  
 Hic vagientem mattis hispidæ foetum,  
 Alius coactos non amare capones.  
 Et dona matrum vimineo ferunt texto  
 Grandes proborum virgines colonorum.  
 Facto vocatur laetus opere vicinus ;  
 Nec avia servat craftinas dapes mensa :  
 Vescuntur omnes, ebrioque non novit  
 Satur minister invidere conviyæ.  
 At tu sub urbe possides famem mundam,  
 Et turre ab alta prospicis meras laurus,  
 Furem Priapo non timente securus.  
 Et viuitorem farre pascis urbano,  
 Piætamque portas otiosus ad villam.  
 Olus, ova, pullos, posna, caseum, mustum.  
 Rus hoc vocari deberet, an domus longe ?

*De sutoro & fullone, gladiatoriis munieris editoribus.* 59.

Sutor cerdo dedit tibi culta Bononia, munus.  
 Fullo dedit Mutinæ : nunc ubi caupo dabit ?

*In Ponticum.* 60.

Cum vocor ad cenam, non jam venalis, ut ante,  
 Cur mihi non eadem, quæ tibi, coena datur ?

Ostrea

EPIGRAMM. LIB. III.

75

Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino,

Sugitur inciso mytilus ore mihi.

Sunt tibi boleti ; fungos ego sumo suillos.

Res tibi cum rhombo est : at mihi cū sparulo.

Cereus immodicis turtur te cunibus implet ;

Ponitur in cavea mortua pica mihi.

Cur sine te coeno, cum tecum, Pontice, coenem ?

Sportula quod non est, profit ; edamus idem.

In Cinnam. 61.

Esse nihil dicas, quidquid petis, improbe Cinna :

Si nil, Ciana, petis ; nil tibi, Cinna, nego.

In Quintum. 62.

Centenis quod emis pueros, & saepe ducenis :

Quod sub rege Numa condita vina bibis :

Quod constat decies tibi non spatiosa supellex :

Libra quod argenti millia quinque rapit :

Aurea quod fundi pretio carruca paratur :

Quod pluris mula est, quam domus enta tibi.

Hæc animo credis magno te, Quinte, parare ?

Falleris, hæc animus, Quinte, pusillus emit.

In Cotilum. 63.

Cotile, bellus homo es : dicunt hoc, Cotile, multi.

Audio : sed quid sit, dic mihi, bellus homo.

Bellus homo est, flexos qui digerit ordine crines :

Balsama qui semper, cinnama semper olet :

Cantica qui Nili, qui Gaditana susurrat :

Qui moverit in varios brachia vulsa modos :

Inter femineas tota qui luce cathedras.

Defidet, atque aliqua semper in aure sonat :

Qui legit hinc illinc missas recipitque tabellas :

Pallia vicini qui refugit cubiti .

Qui scit, quam quis amet: qui per convivia currit:

Hirpini veteres qui bene novit avos.

Quid narras? hoc est, hoc est homo, Cotile, bellus?

Res prætericosa est, Cotile, bellus homo.

De Canio Rufo, ad Cassia-

num. 64.

Sirenas, hilarem navigantium poenam,

Blandaque mortes, gaudiumque crudele,

Ques.

76. M. V A L. M A R T I A L I S  
Quas nemio quondam deserebat auditas,  
Fallax Ulysses dicitur reliquisse.  
Non miror : illud, Cassiane, mirarer,  
Si fabulantein Canium reliquisset.

### Ad Diadumenum. 65.

Quod spirat tenera malum mordente puella ?  
Quod de Corycio quæ venit aura croco :  
Vinea quod priinis floret cum caña racemis :  
Gramina quod sedolent quæ modo carpit ovis :  
Quod myrtus , quod messor Arabs , quod succina  
Pallidus Eoo thure quod ignis olet . (tria)  
Gleba quod astivo leviter cum spargitur imbre :  
Quod madidas nardo sparsa corona conias :  
Hoc tua, sœve puer Diadumene, bafia, fragrant.  
Quid, si tota dares illa sine invidia ?

### In M. Antonium de Ciceronis cæde. 66.

Par scelus admisit Phariis Antonius armis :  
Abcidit vultus ensis uterque sacros.  
Illud, laurigeros ageres cum læta triumphos,  
Hoc tibi, Roma, caput, cum loquerieris, erat.  
Antoni tamen est pejor, quam caussa Pothiai :  
Hic facinus domino præstigit, ille fibi.

### De pigris nautis. 67.

Cessatis, pueri, nihilque móltis,  
Vatreno Rasinaque pigriores ;  
Quorum per vada tarda navigantes,  
Lentos figitis ad celeusma remos.  
Iam prono Phaethonte sudar Æthon,  
Exaritque dies, & hora lassos  
Interjungit equos meridiana.  
At vos tam placidas vagi per undas  
Tutæ luditis otium carinæ.  
Non nautas puto vos, sed argonautas.

### Ad castam matronam. 68.

Huc est usque tibi scriptus, matrona, libellus.  
Cui sint scripta rogas interiora ? mihi.  
Gymnasium, thermæ, stadium eit hac parte recede.  
Exuimus, nudos parce videre viros,

Hic

ALIS  
litas,  
er,  
65.  
te pue  
a croco:  
facemis:  
o carpit o  
quod son  
et . (in  
gitur im  
na comis  
ia, fragia  
a?  
iceronii  
armis :  
os.  
umpbos,  
everis, ex  
Pothini:  
sibi.  
7.  
libellus.  
ihi.  
artentecl  
s.,

EPIGRAMM. LIB. III. 79

Hic jam deposito post vina rosasque pudore,  
Quid dicat, nescit saucia Terpsichore.  
Schemate nec dubio, sed aperte nominat illam,  
Quam recipit sexto mense superba Venus :  
Custodem medio statuit quam villicus horto  
Opposita spectat quam proba virgo manu.  
Si bene te novi, longum jam lassa libellum.  
Ponebas ; totum nunc studiofa legis.

Ad Cosconium, poetam. 69.

Omnia quod scribis castis epigrammata verbis,  
Inque tuis nulla est mentula carminibus ;  
Admiror, laudo ; nihil est te sanctius uno :  
At mea luxuria pagina nulla vacat.  
Hæc igitur nequam juvenes, facilesque puellæ,  
Hæc senior, sed quem torquet amica, legat.  
At tua, Cosconi, venerandaque sanctaque verba,  
A pueris debent virginibusque legi.

Ad Scævimum. 70.

Mœchus es Aufidus, qui vir, Scævina, fuisti.  
Rivalis fuerat qui tuus, ille vir elt.  
Cur aliena placet tibi, cui sua non placet uxori,  
Nunquid securus non potes arrigere ?

In Nævolum Philopygistam. 71.

Mentula cum doleat puero ; tibi, Nævole, culus.  
Non sum dñinus, sed scio quid facias.

Ad Saufejam. 72.

Vis futui, nec vis mecum, Saufeja, lavari.  
Nescio, quod magnum suspicer esse nefas.  
Aut tibi pannosæ pendent à pectore mammas.  
Aut sulcos uteri prodere nuda times :  
Aut infinito lacerum patet inguen hiatu :  
Aut aliquid cunnì prominet ore rui.  
Sed nihil est horum, credo pulcherima nuda es.  
Si verum est, vitium pejus habes : fatua es.

In Phœbum. 73.

Dormis cum pueris mutoniatis,  
Et non stat tibi, Phœbe, quod stat illis.  
Quid vis me (rogo) Phœbe, suspicari ?  
Mollem credere te virum volebam :  
Sed rumor negat esse te cinædum.

In

*In Gargilianum. 74.*

Psilothro faciem levas & dropace calvam,  
 Nunquid tonsorem, Gargiliane, times?  
 Quid facient unguis? nam certe non potes illos  
 Resina, Veneto nec resecare luto.  
 Define, si pudor est, miseram traducere calvam:  
 Hoc fieri cunno, Gargiliane, solet,

*Ad Lupercum. 75.*

Stare, Luperce, tibi jampridem mentula desit:  
 Luctaris demens tu tamen arrigere.  
 Sed nihil erucæ faciunt, bulbique salaces;  
 Improba nec prosunt jami fature ja tibi.  
 Coepisti puras opibus corrumpere buccas.  
 Sic quoque non vivit sollicitata Venus.  
 Mirari satis hoc quisquam, vel credere possit,  
 Quæ non stat, magno stare, Luperce, tibi?

*In Bassum. 76.*

Arrigis ad verulas, fastidis, Bassæ, puellas:  
 Nec formosa tibi, sed moritura placet.  
 Hic ( rogo ) non furor est, non est hæc mentula  
 demens?  
 Cum possis Hecubam, non potes Andromachæ.

*In Baeticum. 77.*

Nec nullus, nec te delestat, Bætice, turdus:  
 Nec lepus est unquam, nec tibi gratus aper.  
 Nec te liba juvant, nec sectæ quadra placenta:  
 Nec Libye mittit, nec tibi Phasis aves.  
 Capparis, & putri cepas alece natantes,  
 Et pulpam dubio de petasone voras.  
 Teque juvant gerres, &c pelle melandrya cana:  
 Résinata bibis vina, Falerna fugis.  
 Nescio, quod stomachi virium secretius esse  
 Suspicer. ut quid enim, Bætice, \* saprofagi?

\*- Σαπροφαγεῖς.

*Ad Paullinum. 78.*

Minxisti currente semel, Pauline, carina.  
 Mejere yis iterum? jam Palinurus eris.

*In Sertorium. 79.*

Rem peragit nullam Sertorius, inchoat omnes.  
Hunc ego, cum futuit, non puto perficere.

*Ad Apicum. 80.*

De nullo quereris, nulli maledicis, Apici;  
Rumor ait, linguae te tamen esse malæ.

*In Beticum Gallum, fellato-*  
*rem. 81.*

Quid cum femineo tibi, Bætice Galle, barathro?  
Hæc debet medios lambere lingua viros.  
Abscissa est quare Samia tibi mentula testa,  
Si tibi tam gratus, Bætice, cunnus erat?  
Castrandū caput est. nam sis licet inguine Gallus,  
Sacra tamen Cybeles decipis; ore vir es.

*In Zoilum. 82.*

Conviva quisquis Zoili potest esse,  
Summoenianas coenet inter uxores,  
Curtaque Ledæ sobrius bibat testa.  
Hoc esse levius, puriusque contendō.  
Iacet occupato galbinatus iulecto,  
Cubitisque trudit hinc & inde conviyas,  
Effultus ostro, sericisque pulvinis.  
Stat exoletus, fuggeritque ruftanti  
Pinnas rubentes, cuspidesque lentisci;  
Et æstuanti tenuē ventilat frigus  
Supina prasino concubina flabello;  
Fugatque muscas myrtlea puer virga:  
Percurrit agili corpus arte tractatrix,  
Matumque doctam spargit omnibus membris.  
Digiti trepantis signa novit eunuchus,  
Et delicatae suscitator urinæ  
Domini, bibentis ebrium regit penem.  
At ipse retro flexus ad pedum turbam  
Inter catellas anserum exta lambentes  
Partitur apri glandulas palæstritis,  
Et concubino turturum nates donat:  
Ligurumque nobis saxa cum ministrantur,  
Vel cocta fumis musta Massilitanis,  
Opimianum morionibus nectar  
Crystallinisque myrrhinisque propinat.  
Et Cosmianis ipse fusus ampullis,

30 M. VAL. MARTIALIS.

Non erubescit murice aureo nobis  
Dividere moechæ pauperis capillare.  
Septunce multo deinde perditus stertit.  
Nos accubamus, &c., silentium ronchis.  
Præstare jussi, nutibus propinamus.  
Hos Malchionis patinur improbi fastus,  
Nec vindicare, Rufe, possumus. fellat.

In Coclitem. 83.

Vt faciam breviora mones epigrammata, Cocles,  
Fac mihi, quod Chione. non potui brevius,

In Tongilionem. 84.

Quid narrat tua moecha? non puellam.  
Dixi, Tongilion. quid ergo? linguam.

In favum maritum. 85.

Quis tibi persuasit nares abscindere moeho?  
Non hac peccatum est parte, marite, tibi.  
Stulte, quid egisti? nihil hic tua perdidit uxor.  
Cum fit salva sui mentula Deiphobi.

Ad castam matronam. 86.

Ne legeres partem lascivi, casta, libelli,  
Prædixi, & monui: tu tamen, ecce, legis.  
Sed si Panniculum, si spectas, casta, Latinum:  
( Non sunt hæc minimis improbiora.) lege.

In Chionem. 87.

Narrat te rumor, Chione, nunquam esse futuram.  
Atque nihil cunno purius esse tuo.  
Tecta tamen non hac, qua debes, parte lavaris:  
Si pudor est, transfer subligar in faciem.

In fratres fellatores. 88.

Sunt gemini fratres, diversa fed. inguina lingunt;  
Dicite, dissimiles sint magis, an similes?

Ad Phœbum. 89.

Vtere lactucis, & mollibus utere malvis:  
Nam faciem durum, Phœbe, cacantis habes.

S

EPIGRAMM. LIB. III.

De Galla. 90.

Vult, non vult dare Galla mihi : nec dicere possum,  
Quod vult, & non vult, quid sibi Galla velit.

De Misitio. 91.

Cum peteret patriæ Misitius arva Ravennæ,  
Semiviro Cybeles cum gregè junxit iter :  
Huic comes hærebat domini fugitivus Achillas.  
Insignis formæ nequitiæque puer.  
Hoc steriles sensere viri : qua parte cubaret,  
Quærunt ; sed tacitos sensit & ille dôlos :  
Mentitur ; credunt : formæ post vina petuntur ;  
Continuo ferrum noxia tui ba rapit,  
Exciduntque senem, spondæ qui parte jacebat :  
Namque puer pluteo vindice tutus erat.  
Suppositam famam est, quondam pro virginē cervam :  
At nunc pro cervo mentula supposita est,

Ad Gallum. 92.

Vt patiar moechum rogat uxor, Galle ; sed unum  
Huic ego, non oculos eruo, Galle, duos.

In Vetustillam. 93.

Cum tibi trecenti consules, Vetustilla,  
Et tres capilli, quatuorque sint dentes,  
Pectus cicadæ crusculumque formicæ :  
Rugosiorem cum geras stola frontem,  
Et aranearunt cassibus pares mammæ :  
Cum comparata rictibus tuis ora  
Niliacus habeat crocodilus angusta,  
Meliusque ranæ garriant Ravennates :  
Et Adrianus dulcissimus culex cantet,  
Videasque quantum noctuæ vident manæ,  
Et illud oleas, quod viri capellarum :  
Et anatis habetas orropygium macræ,  
Senemque Cynicum vincat osseus cunnus :  
Cum te lucerna balneator extincta  
Admitrat inter bustuarias moechas :  
Cum Bruma mensem sit tibi per Augustum,  
Regelare nec te pestilentia possit,  
Audes ducentas nuptum ire post mortes,  
Virumque demens cineribus tuis quæris  
Prurire, quid ! sarrax si velit saxum,

S<sup>2</sup> M. VAL. MARTIALIS  
Quis conjugem te, quis vocabit uxorem,  
Philomelus aviam quam vocaverat nuper?  
Quod si cadaver exigis tuum scalpi;  
Sternatur à Coricle clinico lectus,  
Thalassionem qui tuum decet solus:  
Vitorque pedas præferat novæ nuptæ.  
Intrare in istum sola fax potest cunnum.

*In Rufum. 94.*

Esse negas coctum leporem, poscisque flagella:  
Mavis, Rufe, coquum scindere, quam leporem,

*In Navolum (de quo  
ep. 71.) 95.*

Numquam dicas ave, sed reddis, Nævole, semper,  
Quod prior & corvus dicere sæpe solet.  
Cur hoc exspectes à me, rogo, Nævole, dicas:  
Nam, puto, nec melior, Nævole, nec prior es.  
Præmia laudato tribuit mihi Cæsar uterque,  
Natorumque dedit iura paterna trium.  
Ore legor multo, notumque per oppida nomen  
Non exspectato dat mihi fama rogo.  
Est & in hoc aliquid: vident me Roma tribunum;  
Et sedeo quate fuscitat Oceanus.  
Quot mihi Cæsareo facti sunt munere cives,  
Nec famulos totidem suspicor esse tibi.  
Sed pædicaris; sed pulchre, Nævole, ceves:  
Jam jam tu prior es, Nævole, vincis: ave,

*In Gargilium. 96.*

Lingis, non futuis meam puellam:  
Et garris quasi inœchus, & fututor.  
Si te prendero, Gargili; tacebis.

*In Sabellum. 97.*  
Sit culus tibi quam macer, requiris?  
Pædicare potes, Sabelle, culo.

*Ad Rufum. 98.*  
Ne legat hunc Chione, mando tibi, Rufe, libellū.  
Carmine læsa meo est, lædere & illa potest.

*Ad cerdonem.* 99.

Irasci nostro non debes, cerdo, libello;  
Ars tua, non vita est carniue læsa meo.  
Innocuos permitte sales, cur ludere nobis.  
Non liceat, licuit si jugulare tibi?

*Ad Rufum.* 100.

Cursum, sexta tibi, Rufe, remisimus hora,  
Carmina quem madidum nostra tulisse reor;  
Imbris immodicis cœlum nam forte ruebat.  
Non aliter mitti debuit iste liber.

M. V A L.

# MARTIALIS

## Epigrammatum

LIBER. IV.

*De natali Cesaris.* I.

**C**æsaris alma dies, & luce sacratior illa  
Conscia Dictæum quâ tulit Ida Iovem;  
Longa precor, Pylioq; veni numerosior ævo;  
Semper & hoc vultu, vel meliore, nite.  
Hic colat Albano Tritonida multus in auro,  
Perque manus tantas plurima quercus eat.  
Hic colat ingenti redeuntia sœcula lustro,  
Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.  
Magna quidem, Superi, petimus; sed debita terre,  
Pro tanto quæ sunt improba vota Deo?

*De Horatio spectaculorum die inde-*  
*center vestito.* 2.

Spectabat modo solus inter omnes  
Nigris munus Horatius lacernis,  
Cum plebs, & minor ordo, maximusque:  
Sancto cum Duce candidus federet.  
Toto nix cecidit repente coelo:  
Albis spectat Horatius lacernis.